



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 63. Rex de suo parricidio Reginam certiorem reddens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

**Sæcul. XVI.** tur, subire cogebantur: Pericardus ve-  
A.C. 1587. ro, qui Guisio Duci a secretis erat, in  
 vincula conjiciebatur, submotis omni-  
 bus illius scriptis, inter quæ plures re-  
 periebantur literæ, quibus Ducis con-  
 filia tam intra, quam extra Regnum a-  
 gitata manifestabantur, præter indi-  
 cem pecuniarum, quas ab Hispanis re-  
 cepisse, atque ultra vigesies centena  
 aureorum millia fuisse dicitur: insuper  
 sedulo, incassum licet, in Rhodanensem,  
 Convenensem, & Bonnonensem  
 Episcopos Cleri Deputatos inquireba-  
 tur.

### §. LXIII.

*Rex de suo parricidio Reginam cri-  
 tiorem reddens.*

*Thu. l. 93.  
 Davil. l. 9.*

Vix Henricus Guisi Ducis sanguine  
 manus suas polluerat, cum illico  
 cubiculi sui portas aperiri juberet, at-  
 que alta voce coram omnibus tum ingre-  
 dientibus diceret: „Nunc demum vo-  
 „lo, ut a subditis meis pro Rege ha-  
 „bear, mihique obedientia præstetur,  
 „nam si rebellium capita plectendi am-  
 „mus mihi non defuit, certe cum me-  
 „jori securitate ipsa rebellionis membra  
 „castigare audebo: nunc non modo ver-  
 „bis, sed reipsa Rex sum, nec mihi di-  
 „ficile erit, gladium stringere, quoties-  
 „cunque mihi libuerit.” His itaque  
 verbis

verbis commotiori animo prolatis postea Sæcul. XVI.  
ad Reginæ Matris suæ tum ægrotantis A.C. 1588.  
cubile descendit, eidem, quid attentaf-  
set, nuntiaturus. Hæc quamvis rei *Vitæ Card.*  
prorsus esset ignara, de illius tamen atro- *Moros. l. 3.*  
citate parum exterrita videbatur, ac *c. 16.*  
vultu nihil immutato, animoque satis  
tranquillo, unice a Rege sciscitabatur,  
an is, quinam motus ex tam inhumano  
facinore orituri essent, satis animo  
providisset, & in omnes casus negotia  
sua disposuisset? Ita, respondit Rex,  
„ergo haud sollicita sis: adhæc Regina  
unice subjecit: „eo melius tuæ saluti id  
„serviet, Deum vero precabor, ut cun-  
„cta tibi in bonum vertat, quamvis de  
„hoc valde dubitem, nisi prompto, &  
„forti animo rem prosequaris.. Eo-  
dem momento Rex Missæ sacrificio in-  
terfuturus discessit, priusquam vero fa-  
cellum ingrederetur, Revalio, & Gon-  
dio Cardinali negotium dabat, ut Mo-  
rofinum Legatum adeuntes eundem de  
caussis, ob quas Guisium Ducem e me-  
dio sustulisset, edocerent, eidemque Le-  
gato fidem facerent, quod propterea bel-  
lum Calvinistis inferre, minime cessa-  
turus, sed potius omnibus viribus illud  
prosecuturus esset.